
KURENDA

KURJI METROPOLITALNEJ WILEŃSKIEJ.



EXCELLENTISSIMUS DOMINUS

D. NUS IOANNES BAPTISTA CIEPLAK,

Archiepiscopus Vilnensis,

DIE 17 FEBRUARII IN NEW-JERSEY

OBDORMIVIT IN DOMINO.

R. I. P.

honores decrevimus. O quantum voluptatis animum Nostrum incessit, quantum solacii, cum, in Petriani templi maiestate post latas a Nobis decretorias sententias, ab ingenti fidelium multitudine, inter gratiarum actionem conclamatum est: *Tu Rex gloriae, Christe*. Namque, dum homines civitatesque a Deo alienae, per concitatas invidiae flammam intestinosque motus, in exitium atque interitum aguntur, Ecclesia Dei, pergens spiritualis vitae pabulum humano generi impertire, sanctissimam, aliam ex aliis, virorum feminarumque subolem Christo parit atque alit, qui, quos sibi fidissimos in terreno regno subiectos parentesque habuit, eosdem ad aeternam regni caelestis beatitatem advocare non desinit. Exeunte praeterea inter Iubilaeum maximum millesimo sexcentesimo ab habita Synodo Nicaena anno, saeculare eventum eo libentius celebrari iussimus et Nosmet ipsi in Vaticana Basilica commemoravimus, quod ea Synodus Unigeniti cum Patre consubstantialitatem sanxit ad credendumque catholica fide proposuit, itemque, verba „cuius regni non erit finis“ in suam fidei formulam seu Symbolum inserendo, regiam Christi dignitatem affirmavit.

Cum igitur Annus hic sacer non unam ad inlustrandum Christi regnum habuerit opportunitatem, videmur rem facturi apostolico muneri in primis consentaneam, si, plurimorum Patrum Cardinalium, Episcoporum fideliumque precibus, ad Nos aut singillatim aut communiter delatis, concedentes, hunc ipsum Annum peculiari festo D. N. Iesu Christi Regis in ecclesiasticam liturgiam inducendo clausurimus. Quae agitur causa sic Nos delectat, ut de ea vos Venerabiles Fratres, aliquantum affari cupiamus: vestrum postea erit, quicquid de Christo Rege colendo dicturi sumus, ad popularem intellegentiam et sensum ita accommodare, ut decernendam annuam sollemnium celebritatem multiplices excipiant ac sequantur in posterum utilitates.

Ut translata verbi significatione rex appellaretur Christus ob summum excellentiae gradum, quo inter omnes res creatas praestat atque eminet, iamdiu communiterque usu venit. Ita enim fit, ut regnare is *in mentis hominum* dicatur non tam ob mentis aciem scientiaeque suae amplitudinem, quam quod ipse est Veritas, et veritatem ab eo mortales haurire atque obedienter accipere necesse est; in *voluntatibus* item *hominum*, quia non modo sanctitati in eo voluntatis divinae perfecta prorsus respondet humanae integritas atque obtemperatio, sed etiam liberae voluntati nostrae id permotione instinctuque suo subiicit, unde ad nobilissima quaeque exardescamus. *Cordium* denique *rex* Christus agnoscitur ob eius *supereminentem scientiae caritatem*¹⁾ et mansuetudinem benignitatemque animos allicientem: nec enim quemquam usque adeo ab universitate gentium, ut Christum Iesum, aut amari aliquando contigit aut amatum iri in posterum continget. Verum, ut rem pressius ingrediamur, nemo non videt, nomen potestatemque regis, propria quidem verbi significatione, Christo homini vindicari oportere; nam, nisi quatenus homo est, a Patre *potestatem et honorem et*

¹⁾ Eph., III, 19.

szy poprzednio chwalebne ich cnoty, zaliczyć mogli w poczet świętych Pańskich. O, jak wielka radość, jak wielka pociecha wstąpiła w serca Nasze, kiedy w tej majestatycznej Świątyni Piotrowej, po ogłoszeniu solennego dekretu, z piersi niezliczonych rzesz, oddających podziękę Bogu, wydarł się okrzyk: „*Tyś Królem chwały, Chryste!*” Gdy bowiem ludzie i narody od Boga oddalone, poprzez wzajemnej nienawiści płomień i wewnętrzne niezgody, ku upadkowi się chyłą i śmierci, — wtedy Kościół Boży bez ustanku udziela rodzajowi ludzkiemu pokarmu duchowego, wydaje na świat i wychowuje Chrystusowi coraz to nowe świętych mężów i niewiast zastępy, Chrystus zaś, który wierne w nich i posłuszne sługi miał na ziemi, nie przestaje powoływać ich do wiekuistej w królestwie niebieskiem chwały. Gdy pozatem na rok jubileuszowy przypadła rocznica szesnastowiekowa Nicejskiego Soboru, tem chętniejszem sercem czcigodną oną poleciliśmy uczcić pamiątkę, z tem większem ją sami w Watykańskiej Bazylice obchodziliśmy zadowoleniem, iż Sobór ten jako prawdę wiary Kościoła katolickiego zatwierdził i ogłosił współistotność Jednorodzonego Syna z Ojcem niebieskim, i że wstawiając w skład wiary czyli Symbolum słowa „którego królestwo mieć nie będzie końca”, potwierdził królewską Chrystusa Pana godność.

Ponieważ rok ów święty niejedną do uczczenia Królestwa Chrystusowego nastęrczył sposobność, uważamy za rzecz przedewszystkiem z Apostolskim naszym Urzędem zgodną przychylić się do licznych bardzo próśb ze strony Kardynałów, Biskupów oraz wiernych, pojedynczo lub zbiorowo do Nas zanoszonych i zamknąć on rok jubileuszowy, wprowadzając do liturgji kościelnej szczególnie święto Pana Naszego Jezusa Chrystusa Króla. A sprawa tak serca nasze raduje, iż pragniemy o niej nieco z Wami, Czcigodni Bracia pomówić. Waszą zaś rzeczą następnie będzie podać wiernym przystępnie do wiadomości, co o czci Chrystusa Króla mówić będziemy i przedstawić im to w ten sposób, aby doroczna uroczystość, jaka ma być ustanowiona, jaknajobfitsze teraz i w przyszłości przyniosła korzyści.

Od dawien dawna stało się powszechnym zwyczajem nazywać Chrystusa Pana Królem a to ze względu na najwyższą miarę dostojeństwa, którem przewyższa wszystkie rzeczy stworzone i nad niemi góruje. Stąd też w samej się mówi rzeczy, iż Chrystus króluje w *umysłach ludzkich* nie tyle przez swego własnego umysłu wysokość, lub przez ogrom swej wiary, jak raczej przez to, że sam jest Prawdą, a ludzie prawdę od niego zaczepną i z posłuszeństwa przyjmować winni. Króluje Chrystus dalej w *woli ludzi*, gdyż świętości woli Bożej odpowiada w Nim całkowita nieskalaność i poddanie woli ludzkiej, a świętymi swemi natchnieniami wpływa na wolną wolę naszą, zachęcając nas do czynów najszlachetniejszych. Wkońcu Chrystus Pan uznany jest *Królem serc*, z powodu *przewyższającej naukę miłości*¹⁾ z powodu łagodności i słodyczy, jakimi przyciąga do siebie dusze. I zaprawdę nie było i nie będzie człowieka, który byłby tak przez wszystkich umiłowany jak Chrystus Jezus. Przy głębszem zastanowieniu się nie znaleźliśmy nikogo, coby nie widział jasno, iż tak miano jak i władzę króla we właściwem tego słowa znaczeniu Chrystusowi Człowiekowi przypisać należy, albowiem tylko jako człowiek otrzymał On od Ojca wła-

¹⁾ Efez., III, 19.

regnum accepisse²⁾ dici nequit, quandoquidem Dei Verbum, cui eadem est cum Patre substantia, non potest omnia cum Patre non habere communia, proptereaque ipsum in res creatas universas summum atque absolutissimum imperium.

Christum esse Regem nonne in Scripturis sacris passim legimus? Ipse enim dicitur dominator de Iacob oriturus³⁾, qui a Patre constitutus est rex super Sion montem sanctum eius, et accipiet gentes hereditatem suam et possessionem suam terminos terrae⁴⁾; nuptiale autem carmen, quo, sub regis ditissimi potentissimique specie ac similitudine, verus, qui futurus erat, rex Israel celebrabatur, haec habet: *Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi: virga directionis, virga regni tui*⁵⁾. Ut multa id genus praeterea, alio quidem loco, quasi ad Christi lineamenta clarius adumbranda, praenuntiabatur fore ut regnum eius, nullis circumscribendum finibus, iustitiae et pacis munera locupleterent: *Orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis... Et dominabitur a mari usque ad mare: et a flumine usque ad terminos orbis terrarum*⁶⁾ Huc vel uberiora accedunt prophetarum oracula, illudque in primis Isaiae pervagatissimum: *Parvulus... natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius; et vocabitur nomen eius Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, et pacis non erit finis: super solium David, et super regnum eius sedebit: ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia, amodo et usque in sempiternum*⁷⁾. Nec sane alia atque Isaiae sententia ceteri prophetae vaticinantur: ut Hieremias, praedicans *germen iustum* ab stirpe David oriundum, qui quidem Davidis filius *regnabit rex et sapiens erit: et faciet iudicium in terra*⁸⁾; ut Daniel, qui regnum praenuntiat a Deo caeli constituendum, quod *in aeternum non dissipabitur... stabit in aeternum*⁹⁾; et haud multo post subiicit: *Aspiciebam in visione noctis et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, et usque ad antiquum dierum pervenit, et in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem et honorem et regnum, et omnes populi, tribus et linguae ipsi servient; potestas eius, potestas aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumpetur*¹⁰⁾. Zachariae autem praedictum illud de Rege mansueto, qui, *ascendens super asinam et super pullum asinae, Hierosolymam iustus et salvator*, gestientibus turbis, ingressurus erat,¹¹⁾ nonne sancti evangeliorum scriptores impletum agnoverunt et comprobaverunt?— Eadem ceteroqui de Christo Rege doctrina, quam Veteris Testamenti libris consignatam delibavimus, tantum abest ut in Novi paginis evanescat, ut, contra, magnifice splendideque confirmetur. Qua in re, ut Archangeli nuntium vix attingamus, a quo Virgo docetur, se filium parituram, cui dabit...

2) Dan., VII, 13-14.

3) Num. XXIV, 19.

4) Ps. II.

5) Ps. XLIV.

6) Ps. LXXI.

7) Isai., IX, 6-7.

8) Hier., XXIII, 5.

9) Dan., II, 44.

10) Dan., VII, 13-14.

11) Zach., IX, 9.

dzę i cześć i królestwo²⁾ podczas gdy jako Bóg-Słowo, jedną i tę samą z Ojcem posiadając istotę, musi mieć wszystko z tymże Ojcem wspólne, a więc także panowanie najwyższe i najnieograniczeńsze nad całym stworzeniem.

Czyż nie czytamy często w Piśmie świętem, iż Chrystus jest Królem? Nazwany On jest panem, który z Jakóba powstanie.³⁾ Tym, który od Ojca postanowiony został królem nad Syjonem, górą świętą Jego, który w dziedzictwo swe otrzyma narody, a jako posiadłość swoją kraniec ziemi.⁴⁾ Hymn zaś weselny, który pod możnego bardzo i potężnego króla postacią i podobieństwem, prawdziwego jaki przyjsć miał, sławił króla Izraela, te oto mieści słowa: *Stolica Twoja, Boże, na wieki wieków, laska prawości, laska królestwa Twego.*⁵⁾ Pomijając rozliczne tego rodzaju wypowiedzenia, znajdujemy na innem znów miejscu przepowiednię, która podaje wyraźniej już jakoby rysy Chrystusa, mówiąc, iż królestwo Jego znać nie będzie granic, a wzbogacone będzie darami sprawiedliwości i pokoju: *Wnijdzie za dni jego sprawiedliwość i obfitość pokoju... I będzie panował od morza aż do morza: i od rzeki aż do krańców okręgu ziemi.*⁶⁾ Z świadectwem tem łączą się liczne przepowiednie proroków, a przedewszystkiem ono tak zwane Izajaszowe: *Maluczki narodził się nam i syn jest nam dany i stało się panowanie na ramieniu jego; i nazwą imię jego Przedziwny, radny, Bóg, mocny, ojciec przyszłego wieku, książę pokoju. Rozmnożone będzie państwo jego, a pokoju nie będzie końca: na stolicy Dawidowej i na królestwie jego siedzieć będzie, aby je utwierdził i umocnił w sądzie i sprawiedliwości, odtąd i aż na wieki.*⁷⁾ Ale i inni prorocy nie prorokują inaczej niż Izajasz: jak Jeremjasz, przepowiadający owoc sprawiedliwy, który powstanie ze szczepu Dawida; syn ów Dawida będzie królował i mądrym będzie i będzie czynił sąd na ziemi⁸⁾, jak Daniel, mówiący w swej przepowiedni o królestwie przez Boga niebios postanowionem, królestwie, które się na wieki nie rozproszy... a stać będzie po wsze czasy.⁹⁾ Tenże Daniel cokolwiek później dodaje: *Patrzyłem w widzeniu nocnem, a oto z obłoki niebieskiemi jako syn właściwy przychodził, i aż do stanowionego przyszedł i stawili go przed oblicze jego. I dał mu władzę, i cześć i królestwo, i wszystkie narody, pokolenia i języki służyć mu będą; władza jego władza wieczna, która nie będzie odjęta, a królestwo jego, które się nie skazi.*¹⁰⁾ Co się zaś tyczy prorocтва Zacharjasza o królu łagodnym, wsiadającym na oslicę i zbiegię oslicy, który wśród okrzyków radosnych rzeszy jako sprawiedliwy i zbawiciel wjechać miał do Jeruzolimy¹¹⁾, — czyliż ewangeliści święci nie uznali i nie potwierdzili iż się ono ziściło? — Ta zaś nauka o Chrystusie-Królu, której świadectw zaczępnęliśmy z ksiąg Starego Zakonu nie jest oczywiście nieznaną także księgom Zakonu Nowego; przeciwnie, znajduje w nich wspaniałe i świetne potwierdzenie. Wspomnijmy tylko poselstwo Archanioła, pouczającego Dziewicę, iż wyda na świat syna, któremu Pan Bóg da stolicę Dawida ojca jego, i który królować będzie w domu Jakó-

²⁾ Daniel, VII, 13—14.

³⁾ Num., XXIV, 19.

⁴⁾ Psalm, II.

⁵⁾ Psalm, XLIV.

⁶⁾ Psalm, LXXI.

⁷⁾ Izajasz, IX, 6—7.

⁸⁾ Jeremjasz, XXIII, 5.

⁹⁾ Daniel, II, 44.

¹⁰⁾ Daniel, VII, 10—14.

¹¹⁾ Zach., IX, 9.

Dominus Deus sedem David patris eius et qui regnabit in domo Iacob in aeternum et regni eius non erit finis¹²⁾, Christus de suo ipse imperio testatur: sive enim in postremo ad populum sermone de praemiis poenisve locutus est, quibus in perpetuum iusti vel rei affiendi foret, sive Praesidi romano respondit, publice ex ipso utrum rex esset percontanti, sive, postquam resurrexit, Apostolis munus docendi et baptizandi omnes gentes commisit, oblata opportunitate, et sibi regis nomen attribuit¹³⁾, et se regem esse palam confirmavit¹⁴⁾, et sollemniter edixit, datam sibi esse omnem potestatem in caelo et in terra¹⁵⁾: quibus profecto verbis quid aliud, quam eius magnitudo potestatis et infinitas regni, significatur? Num igitur mirari licet, si, qui a Iohanne dicitur *princeps regum terrae*¹⁶⁾ idem, quemadmodum apostolo in visione illa futurorum apparuit, *habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantum*¹⁷⁾? Etenim Christum Pater constituit *heredem universorum*¹⁸⁾ oportet autem ipsum regnare, donec, in exitio orbis terrarum, ponat omnes inimicos sub pedibus Dei et Patris¹⁹⁾. Qua ex communi sacrorum Librorum doctrina sequi profecto oportuit, ut catholica Ecclesia, quae est Christi regnum in terris, ad omnes homines terrasque universas utique producendum, Auctorem Conditorumque suum, per annum sacre liturgiae orbem, Regem et Dominum et Regem regum, multiplicato venerationis officio, consalutaret. Istas sane honoris significationes, unum idemque per mirificam vocum varietatem sonantes, ut in veteri psallendi ratione atque in antiquis Sacramentariis adhibuit, sic in publicis divinae maiestati precibus cotidie admovendis, inque immolanda immaculata hostia, in praesenti adhibet; in hac vero laudatione Christi Regis perpetua pulcherrimus nostrorum et orientalium rituum concentus facile deprehenditur, ut etiam hoc in genere valeat illud: *Legem credendi lex statuit supplicandi*.

Quo autem haec Domini nostri dignitas et potestas fundamento consistat, apte Cyrillus Alexandrinus animadvertit: *Omnium ut verbo dicam, creaturarum dominatum obtinet, non per vim extortum, nec aliunde invec-tum, sed essentia sua et natura*²⁰⁾; scilicet eius principatus illa nititur unionem mirabili, quam hypostaticam appellat. Unde consequitur, non modo ut Christus ab angelis et hominibus Deus sit adorandus, sed etiam ut eius imperio Hominis angeli et homines pareant et subiecti sint: nempe ut vel solo hypostaticae unionis nomine Christus potestatem in universas creaturas obtineat. — At vero quid possit iucundius nobis suavisusque ad cogitandum accidere, quam Christum nobis iure non tantum nativo sed etiam quaesito, scilicet redemptionis, imperare? Servatori enim nostro quanti steterimus, obliviosi utinam homines recolant omnes: *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis: ... sed pretioso sanguine quasi*

¹²⁾ Luc., I, 32-33.

¹³⁾ Matth., XXV, 31-40.

¹⁴⁾ Io., XVIII, 37.

¹⁵⁾ Matth., XXVIII, 18.

¹⁶⁾ Apoc., I, 5.

¹⁷⁾ Apoc., XIX, 19.

¹⁸⁾ Hebr., I, 10.

¹⁹⁾ I Cor., XV, 25.

²⁰⁾ In Luc., X.

bowym na wieki, a królestwa jego nie będzie końca.¹²⁾ I Chrystus sam świadczył o swem panowaniu, albowiem wtedy gdy w toku ostatniego do ludu odezwania się, o nagrodach mówił i karach, jakie udziałem się staną na wieki sprawiedliwych albo niesprawiedliwych, czyto gdy odpowiedział Prokonsulowi rzymskiemu, pytającemu go publicznie, czyby był królem, czyto, gdy po zmartwychwstaniu dał Apostołom zlecenie nauczania i chrzczenia wszystkie narody, — Chrystus Pan, z nadarzającej korzystając sposobności, i sam się królem nazwał¹³⁾ i jawnie królewską swą potwierdził godność.¹⁴⁾ Oświadczył uroczyście, iż dana mu jest wszystka władza na niebie i na ziemi.¹⁵⁾ A słowa te zaś, cóż omawiają innego, jedno wielkość Jego potęgi i nieskończoność Jego królowania? Czyż można zatem dziwić się, iż ten, który przez Jana zwany jest *książęciem królów ziemi*,¹⁶⁾ a który temuż Apostołowi w widzeniu się objawił, *ma na szacie i na biodrze swoim napisano: Król nad królami i Pan nad pany*.¹⁷⁾ I w rzeczy samej, Chrystusa Ojciec *postanowił dziedzicem wszystkiego*.¹⁸⁾ A ma królować, ażby przy końcu świata położył wszystkie nieprzyjaciół pod nogi Boga i Ojca.¹⁹⁾ Z nauki tej ogólnej ksiąg świętych wynikało, iż Kościół, to królestwo Chrystusa na ziemi, które ma się rozciągnąć na wszystkich ludzi i na wszystkie kraje w pragnieniu pomnożenia czci Mu należnej, w dorocznem świętej swej liturgji okresie powitało Sprawcę swego i Założyciela Królem, Panem i Królem królów. A objawy czci, oddające przedziwnie różnorodnie tę samą pochwałę, wyrażał Kościół w starożytnej psalmodji i w prastarych sakramentarzach. Powtarze je zaś jeszcze obecnie w modlitwach publicznych, zasyłanych codziennie do Tronu Majestatu Bożego i ofiarowywaniu Hostji bez zmaży. W bezustannej tej czci Chrystusowi Królowi oddawanej snadno daje się wyczuć cudną harmonję liturgji naszej i wschodniej, także nawet i w tym wypadku zastosować można to powiedzenie: *Modlitwa ustaliła prawdę wiary*.

Fundament, na którym spoczywa owa godność i owa moc Pana naszego, określa dokładnie św. Cyryl z Aleksandriji, mówiąc: *Posiada on, jednym słowem, panowanie nad wszystkimi stworzeniami, nie wymuszone siłą ani też innym wzięte sposobem, lecz z istoty swej i natury*²⁰⁾; władza jego wypływa z przedziwnej jedności, którą teologowie zwą hipostatyczną. Z tego wynika, iż Chrystus nie tylko ma być czczony jako Bóg przez aniołów i ludzi, ale że aniołowie i ludzie posłuszni i poddani być mają panowaniu Człowieka tego, tj. iż przez zjednoczenie natury ludzkiej z naturą Boską Chrystus ma władzę nad wszystkimi stworzeniami. A niema myśli dla nas miłszej i droższej niż ta, iż Chrystus panuje nad nami nie tylko z prawa natury lecz także i z prawa, które nabył sobie przez odkupienie nasze. Niechaj ludzie skłonni do zapominania przywidzą sobie na pamięć, ileśmy Zbawiciela naszego kosztowali; niechaj wspomną na słowa: *Nie-skazitelnem złotem i srebrem jesteście wykupieni... ale drogą krwią jako*

¹²⁾ Łuk., I, 32—33.

¹³⁾ Mat., XXV, 31—40.

¹⁴⁾ Jan, XVIII, 37.

¹⁵⁾ Mat., XXVIII, 18.

¹⁶⁾ Apok., I, 5.

¹⁷⁾ Apok., XIX, 16.

¹⁸⁾ Do Łyd., I, 2.

¹⁹⁾ I. Do Kor., XV, 25.

²⁰⁾ Koment do Łukasza, X.

*agni immaculati Christi et incontaminati*²¹⁾. Iam nostri non sumus, cum Christus pretio magno²²⁾ nos emerit: corpora ipsa nostra *membra sunt Christi*²³⁾.

Iamvero, ut huius vim et naturam principatus paucis declarem, dicere vix attinet triplici eum potestate contineri, qua si caruerit, principatus vix intellegitur. Id ipsum deprompta atque allata ex sacris Litteris de universali Redemptoris nostri imperio testimonia plus quam satis significant, atque est catholica fide credendum, Christum Iesum hominibus datum esse utique Redemptorem, cui fidant, at una simul legislatorem, cui obediant²⁴⁾. Ipsum autem evangelia non tam leges condidisse narrant, quam leges condentem inducunt: quae quidem praecepta quicumque servarint, iidem a divino Magistro, alias aliis verbis, et suam in eum caritatem probaturi et in dilectione eius mansuri dicuntur²⁵⁾. Iudiciariam vero potestatem sibi a Patre attributam ipse Iesus Iudaeis, de Sabbati requiete per mirabilem debilis hominis sanationem violata criminantibus, denuntiat: *Neque enim Pater iudicat quemquam sed omne iudicium dedt Filio*²⁶⁾. In quo id etiam comprehenditur — quoniam res a iudicio disiungi nequit — ut praemia et poenas hominibus adhuc viventibus iure suo deferat. At praeterea potestas illa, quam executionis vocant, Cristo adjudicanda est, utpote cuius imperio parere omnes necesse sit, et eam quidem denuntiata contumacibus irrogatione suppliciorum, quae nemo possit effugere.

Verumtamen eiusmodi regnum praecipuo quodam modo et spirituale esse et ad spiritualia pertinere, cum ea, quae ex Bibliis supra protulimus, verba planissime ostendant, tum Christus Dominus sua agendi ratione confirmat. Siquidem, non una data occasione, cum Iudaei, immo vel ipsi Apostoli, per errorem censerent, fore ut Messias populum in libertatem vindicaret regnumque Israel restitueret, vanam ipse opinionem ac spem adimere et convellere; rex a circumfusa admirantium multitudine renuntiandus, et nomen et honorem fugiendo latendoque detrectare; coram Praeside romano edicere, regnum suum *de hoc mundo* non esse. Quod quidem regnum tale in evangelii proponitur, in quod homines poenitentiam agendo ingredi parent, ingredi vero nequeant nisi per fidem et baptismum, qui, etsi est ritus externus, interiorem tamen regenerationem significat atque efficit; opponitur unice regno Satanae et potestati tenebrarum, et ab aeseclis postulat, non solum ut, abalienato a divitiis rebusque terrenis animo, morum praeferant lenitatem et esuriant sitianteque iustitiam, sed etiam ut semet ipsos abneget et crucem suam tollant. Cum autem Christus et Ecclesiam Redemptor sanguine suo acquisiverit et Sacerdos se ipse pro peccatis hostiam obtulerit perpetuoque offerat, cui non videatur regium ipsum munus utriusque illius naturam muneris induere ac participare? Turpiter, ceteroquin, erret, qui a Christo homine rerum civilium quarumlibet imperium abiudicet, cum is a Patre ius in res creatas absolutissimum sic obtineat, ut omnia in suo arbitrio sint posita. At tamen quoad in terris vitam

²¹⁾ I Petri, I, 18-19.

²²⁾ I Cor., VI, 20.

²³⁾ I Cor., VI, 15.

²⁴⁾ Conc. Trid., Sess. VI, can. 21.

²⁵⁾ Io., XIV, 15; XV, 16.

²⁶⁾ Io., V, 22.

*baranka bez zmyy i niepokalanego Chrystusa.*²¹⁾ Nie naleźmy juź więcej do siebie samych, gdyź Chrystus *zapłatą wielką*²²⁾ nas kupił; a ciała nasze są członkami *Chrystusowemi.*²³⁾

Pomówmy choć w kilku słowach o doniosłości i o istocie tego panowania, a zobaczymy, iż z trojakiej ono składa się władzy, stanowiącej znaczenie panowania. Świadcstwa, zaczerpnięte z Pisma świętego o powszechnem Odkupiciela naszego panowaniu, dowodzą niezbitcie i jest to pewnikiem wiary katolickiej, iż Chrystus Jezus dany jest ludziom jako Odkupiciel, w którym pokładać mają nadzieję, ale równocześnie też jako prapodawca, któremu ciź ludzie winni są posłuszeństwo.²⁴⁾ Ewangelje przedstawiają Go nie tyle, że ustanowił prawa, ile raczej jak ustanawia prawa. O wszystkich tych, którzy przykazania Jego zachowywać będą, Mistrz Boski w różnych okolicznościach i w różnych mówi słowach, iż dadzą oni dowód swojej doń miłości i w miłości doń wytrwają.²⁵⁾ O władzy zaś sędziowskiej, jaka Mu przez Ojca była dana, sam Jezus mówi do żydów, którzy Go oskarżyli, jakoby był przestąpił przykazanie święceni sabatu, uzdrawiając w cudowny sposób paralytyka: *Bo Ojciec nikogo nie sądzi, lecz wszystek sąd dał Synowi.*²⁶⁾ Powyższem objęte jest także — jako rzecz nierozłączalna od sądu — prawo nagradzania i karania ludzi jeszcze czasu ich życia. Ponadto przypisać należy Chrystusowi władzę wykonawczą, gdyż wszyscy rozkazom Jego posłuszni być winni, i to pod groźbą kar, którym nieposłuszni ująć nie będą mogli.

Jednakże królowanie to Chrystusa jest przedewszystkiem duchowe i dotyczy głównie rzeczy duchowych. Ustępny, które przytoczyliśmy z Biblii, okazują to jasno, a Chrystus Pan potwierdza to czynem. Nieraz bowiem, gdy żydzi a nawet Apostołowie sami mylnemu oddawali się mniemaniu, iż Mesjasz wywalczy narodowi wolność i wskrzesi królestwo Izraelskie, Chrystus zbijał i rozwiewał próżne te mniemania i nadzieje. Gdy przez otaczające i podziwiające rzesze królem ma być obwołany, uchodzi i kryje się, aby odrzucić od siebie i godność tę i miano. Przed Prokonsulem zaś rzymskim oświadcza, iż królestwo Jego nie jest z tego świata. Według opisów, jakie Ewangelje o królestwie onem dają, ludzie, którzy pragną wniknąć do niego, przygotowują się na to przez pokutę, a wniknąć doń nie mogą jak przez wiarę i chrzest, który, lubo obrządek zewnętrzny, wewnętrzne przecieź oznacza i skutecznia odrodzenie; Królestwo to jedynie przeciwstawia się królestwu szatana i mocom ciemności, a wymaga od swych poddanych nie tylko odwrócenia ducha od bogactw i dóbr ziemskich, nie tylko skromności obyczajów oraz łaknienia i pragnienia sprawiedliwości, ale także zaparcia się samych siebie i noszenia krzyża. Gdy Chrystus jako Odkupiciel krwią swoją Kościół sobie zdobył, a jako Kapłan siebie samego oddał i wciąż jeszcze oddaje jako ofiarę na grzechy, jakże w tem nie uznać tego, że godność jego Królestwa dostosowuje się do obu tych jego urzędów i w nich uczestniczy? Byłoby wszelako jaskrawym błędem odmawiać Chrystusowi jako Człowiekowi władzy nad sprawami do-

²¹⁾ I Piotr I, 18—19.

²²⁾ I. Do Kor., VI, 20.

²³⁾ I. Do Kor., VI, 15.

²⁴⁾ Sob. Tryd., ses. VI, Kan. 21.

²⁵⁾ Jan, XIV, 15; XV, 16.

²⁶⁾ Jan, V, 22.

traduxit, ab eiusmodi dominatu exercendo se prorsus abstinuit, atque, ut humanarum rerum possessionem procuracionemque olim contempsit, ita eas possessoribus et tam permisit et hodie permittit. In quo per belle illud: *Non eripit mortalia, qui regna dat caelestia*²⁷⁾ Itaque principatus Redemptoris nostri universos complectitur homines; quam ad rem verba immortalis memoriae decessoris Nostri Leonis XIII Nostra libenter facimus: „Videlicet imperium eius non est tantummodo in gentes catholice nominis, aut in eos solum, qui, sacro baptismate abluti, utique ad Ecclesiam, si spectetur ius, pertinent, quamvis vel error opinionum devios agat, vel dissensio a caritate seiungat: sed complectitur etiam quotquot numerantur christianae fidei expertes, ita ut verissime in potestate Iesu Christi sit universitas generis humani“²⁸⁾. Nec quiquam inter singulos hac in re et convictiones domesticas civilesque interest, quia homines societate coniuncti nihilo sunt minus in potestate Christi quam singuli. Idem profecto fons privatae ac communis salutis: *Et non est in alio aliquo salus, nec aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri*²⁹⁾; idem et singulis civibus et rei publicae prosperitatis auctor germanaeque beatitudinis: *Non enim aliunde beata civitas, aliunde homo; cum aliud civitas non sit, quam concursus hominum multitudo*³⁰⁾. Nationum igitur rectores imperio Christi publicum reverentiae obtemperacionisque officium per se ipsi et per populum praestare ne recusent, si quidem velint, sua incolumi auctoritate, patriae provehere atque augere fortunam. Nam quae, Pontificatus initio, de valde imminuta iuris auctoritate verecundiaque potestatis scribebamus, ea ad praesens tempus haud minus apta dixeris ac congruentia: „Deo et Iesu Christo — ita conquerebamus — a legibus et re publica submoto, iam non a Deo derivata sed ab hominibus auctoritate, factum est, ut ipsa auctoritatis fundamenta convellerentur, principe sublata causa, cur aliis ius esset imperandi, aliis autem officium parendi. Ex quo totam oportuit concuti societatem humanam, nullo iam solido fultam columine et praesidio“³¹⁾.

Itaque, si quando regiam Christi potestatem homines privatim publiceque agnoverint, incredibilia iam beneficia, ut iustae libertatis, ut disciplinae et tranquillitatis, ut concordiae et pacis, civilem consortionem pervadere omnem necesse est. Regia enim Domini nostri dignitas, quemadmodum humanam principum ac moderatorum auctoritarem religione quadam imbuit, sic civium officia atque obtemperacionem nobilitat. Quemobrem Apostolus Paulus, licet uxoris et servis praeciperet, ut in viro suo, ut in

²⁷⁾ Hymn. *Crudelis Herodes*, in off. Epiph.

²⁸⁾ Enc. *Annum Sacrum*, d. 25 Maii 1899.

²⁹⁾ Act., IV, 12.

³⁰⁾ S. Aug. *Ep. ad Macedonium*, c. III.

³¹⁾ Enc. *Ubi arcano*.

czesnymi, jakiegokolwiek rodzaju, gdy tenże Chrystus otrzymał od Ojca prawo nieograniczone nad wszystkim, co jest stworzone, tak iż wszystko poddane jest Jego woli. Wszelako, dopokąd ziemskie prowadził życie, powstrzymywał się Chrystus Pan zupełnie od wykonania onej władzy, a jak ongiś wzgardził posiadaniem rzeczy ludzkich i nie troszczył się o nie, to zezwolił wówczas i dziś jeszcze zezwała na to, by właściciele mieli prawo ich posiadania. A prawda ta jest prześlicznie w te słowa ujęta: *Nie zabiera dóbr ziemskich Ten, który daje królestwo niebieskie.*²⁷⁾ Tak więc królowanie Odkupiciela obejmuje wszystkich ludzi. I chętnie powołujemy się na słowa nieśmiertelnej pamięci poprzednika naszego Leona XIII, który wyrzekł: „Panowanie Jego nie rozciąga się tylko na narody katolickie, lub tylko na tych, którzy oczyszczeni chrztem świętym, z prawa do Kościoła należą, acz mylne mniemania z właściwej zwróciły ich drogi lub schizma od miłości ich oddziela; lecz obejmuje także tych wszystkich, którzy dalecy są od chrześcijańskiej wiary, tak iż najprawdziwiej całość rodu ludzkiego poddana jest potędze Jezusa Chrystusa“.²⁸⁾ Nie należy też tutaj robić różnicy pomiędzy jednostkami, rodzinami lub społecznościami, gdyż ludzie zjednoczeni w społeczność, niemniej władzy Chrystusa podlegają jak jednostki. On jest źródłem dobra tak jednostki jak ogółu: *I nie masz w żadnym innym zbawienia. Albowiem nie jest pod niebem inne imię dane ludziom, w którembyś mieli być zbawieni*“.²⁹⁾ On jest dawcą pomyślności i prawdziwego szczęścia tak państw, jak i państw tych poszczególnych obywateli: *Nie skądinąd płynie szczęście dla państwa, a skądinąd dla ludzi; państwo bowiem nie jest czem innym, jak zgromadzenie ludzi żyjących w zgodzie.*³⁰⁾ Niech więc ci, którzy na czele państw stoją, nie wzdrygają się, by wraz z ludami swemi publiczną panowaniu Chrystusa oddać cześć i posłuszeństwa świadectwo, jeśli pragną, władzę swą zachowując nietykalną, ojczyźnie przysporzyć szczęścia i pomnożyć je. To bowiem, cośmy na początku Pontyfikatu Naszego o wielkiem zmniejszeniu powagi prawa i poszanowania władzy pisali, to samo o czasach obecnych powiedzieć i zastosować do nich można: *„Gdy Bóg i Jezus Chrystus — tak mówiliśmy z żalością — z praw państwowych i ze spraw publicznych zostali usunięci, a władza nie już od Boga ale od ludzi początek brała, stało się, iż teże władzy zburzone zostały podstawy, gdyż fundamentalną usunięto przyczynę, według której jedni prawo mieli rozkazywania, drudzy zaś powinność słuchania. Stąd też koniecznie wyniknąć musiało ono wstrząśnienie, jakie całe objęło społeczeństwo ludzkie, nie opierające się już na żadnej stałej i silnej podstawie*“.³¹⁾

Przeto, gdy ludzie, prywatnie i publicznie, oną Królewską Chrystusa uznają władzę, niesłuchanej wtedy wagi na całe społeczeństwo ludzkie spływają dobrodziejstwa, jak wolność na sprawiedliwości oparta, jak spokój i porządek, jak zgoda i pokój. Królewska bowiem Pana naszego godność, tak jak z jednej strony ziemską książąt i głów państwa powagę w pewne religijne przyobleka dostojeństwo, tak z drugiej strony uszlachetnia obywateli i posłuszeństwo obywateli. I dlatego to Paweł Apostoł, lubo nakazał

²⁷⁾ Hymn, *Crudelis Herodes* in off. Epiph.

²⁸⁾ Encyklika *Annum Sacrum* z dn. 25 maja 1899.

²⁹⁾ Dz. Apost. IV, 12.

³⁰⁾ Św. Aug. *List do Macedonjusza*, rozdz. III.

³¹⁾ Encyklika, *Ubi arcano*.

suo domino Christum vererentur, monuit tamen, ut non iis tamquam hominibus obedirent, sed unice quia Christi gererent vicem, cum homines a Christo redemptos dedecet hominibus servire: *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum*³²⁾ Quodsi principibus et magistratibus legitime delectis persuasum erit, se, non tam iure suo, quam divini Regis mandato ac loco imperare, nemo non videt, quam sancte sapienterque auctoritate sua usuri sint et qualem in legibus ferendis urgendisque rationem communis boni et humanae inferiorum dignitatis sint habituri. Hinc tranquillitas ordinis profecto efflorescet ac stabit, quavis seditionis causa remota: quod enim in principe ceterisque rei publicae gubernatoribus civis homines spectaverit sibi natura pares aut aliqua de causa indignos ac vituperabiles, non idcirco eorum recusabit imperium, quando in iis ipsis propositam sibi Christi Dei et Hominis imaginem auctoritatemque intuebitur. Ad concordiae autem pacisque munera quod attinet, liquet omnino, quo latius regnum producitur atque ad universitatem humani generis pertinet, eo magis mortales sibi eius communionis conscios fieri. qua inter se copulantur: quae quidem conscientia, cum frequentes conflictiones praevertat ac praeoccupet, tum earundem asperitatem omnium permulcet ac minuit. Eccur, si Christi regnum omnes, ut iure complectitur; sic reapse complectatur, de ea pace desperemus, quam Rex pacificus in terras intulit, ille, inquam, qui venit *reconciliare omnia*, qui *non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret*, et cum esset *Dominus omnium*, humilitatis et se praebeuit exemplum et legem statuit praecipuam cum caritatis praecepto conjunctam; qui praeterea dixit: *Iugum meum suave est et onus meum leve?* O qua frui liceret beatitate, si a Christo et singuli homines et familiae et civitates se gubernari sine-
rent. „Tum denique — ut verbis utamur, quae decessor Noster Leo XIII ante annos quinque ac viginti ad universos sacrorum Antistites adhibuit — licebit sanare tot vulnera, tum ius omne in pristinae auctoritatis spem revirescet, et restituentur ornamenta pacis, atque excident gladii fluentque arma de manibus, cum Christi imperium omnes accipient libentes eique parebunt, atque omnis lingua confitebitur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris³³⁾).

Iamvero, quo optatissimae eiusmodi utilitates uberius percipiantur et in societate christiana stabilius insideant, cum regiae Salvatoris nostri dignitatis cognitionem disseminari quam latissime oporteat, ad rem nihil magis profuturum videtur, quam si dies festus Christi Regis proprius ac peculiaris instituat. Etenim in populo rebus fidei imbuendo per easque ad interiora vitae gaudia evehendo longe plus habent efficacitatis annuae sacrorum mysteriorum celebritates quam quaelibet vel gravissima ecclesiastici magisterii documenta; siquidem haec in pauciores eruditioresque viros plerumque cadunt, illae universos fideles percellunt ac docent; haec semel, illae quotannis atque perpetuo, ut ita dicamus, loquuntur, haec mentes potissimum, illae et mentes et animos, hominem scilicet totum, salutariter

³²⁾ I Cor., VII, 23.

³³⁾ Enc. *Annus sanctum*, d. 25 Maii 1899.

żonom, aby w mężach swych, sługom zaś, by w panach swych czcili Chrystusa, przecież polecił im, by byli im posłuszni, nie jako ludziom, lecz jedynie dlatego, iż zastępują cni Chrystusa: nie godzi się bowiem, aby ludzie przez Chrystusa odkupieni służyli ludziom: *Zapłaćcie kupieni, nie stawajcie się niewolnikami ludzkimi*³²⁾, jeżeli książęta i władze prawowicie wybrane tego będą przekonania, iż nie tyle z własnego rozkazu prawa jak z polecenia Boskiego Króla i na miejscu jego, wtedy każdy wnet spostrzeże, jak święcie i mądrze oni władzy swej używać i jak pilnie przy nadawaniu i zastosowywaniu praw zważać będą na dobro ogółu i ludzką podwładnych swoich godność. Stąd zakwitnie spokój i ład wewnętrzny się ustali, gdyż do zaburzeń żadnej nie będzie przyczyny. Widząc w książętach i innych głowach państwa ludzi do siebie podobnych z natury, lubo może nawet z jakiejbądź przyczyny niegodnych i na naganę zasługujących, obywatel państwa mimoto nie odmówi im posłuchu, jeśli w nich widzieć będzie obraz i podobieństwo władzy Chrystusa-Boga i Człowieka. Co się zaś tyczy dobrodziejstw zgody i pokoju, jasną ze wszech miar jest rzeczą, iż im większy jest ogrom królestwa, im szersze ono obejmuje ludzkiego rodzaju zastępy, tem więcej też ludzie łączności owej, która ich spaja są świadomi, a łączność ta, tak jak z jednej strony oddala i usuwa częste powtarzanie się targów, tak z drugiej strony osładza i zmniejsza tychże niesnasek gorycze. Gdyby w samej rzeczy Chrystusowe Królestwo wszystkich tych objęło, którzy z prawa mu są poddani, dlaczegoż wtedy wątpić mielibyśmy o owym pokoju, jaki Król pokoju na świat przyniósł, ten, powtarzamy, który przyszedł, by *pogodził wszystkich, którzy nie przyszedł, by mu służyło, lecz aby sam służył*, i który, będąc *Bogiem wszystkich* dał siebie za przykład pokory i ustanowił cnotę tę jako główne przykazanie, z przykazaniem miłości związane, ten wreszcie, który wyrzekł: *Jarzmo moje słodkie jest, a ciężar mój lekki?* O, jak szczęśliwi bylibyśmy, gdyby i poszczególni ludzie i rodziny i państwa dały się rządzić Chrystusowi! „Wtedy to wreszcie — jak dwadzieścia pięć lat temu poprzednik Nasz Leon XIII do Biskupów całego świata powiedział — wtedy wreszcie tyle będzie można ran uleczyć, wtedy prawo wszelkie do dawnej na nowo powróci powagi, zapanuje znowu dobrodziejstwo pokoju, wypadną z rąk miecze i oręża, wtedy gdy wszyscy dobrowolnie poddadzą się panowaniu Chrystusa i gdy Mu staną się posłuszni, a każdy język wyznawać będzie, iż Pan nasz Jezus Chrystus w chwale jest Boga Ojca³³⁾).

Otóż, ażeby cenne te korzyści, o których wspomnieliśmy, tem obfite się stały i tem głębsze wśród społeczeństwa ludzkiego zapuściły korzenie, należy zapoznawać możliwie jaknajszersze warstwy z królewską Zbawiciela naszego godnością, a żeby to osiągnąć, nic Nam się skuteczniejszym nie zdaje, jak ustanowienie własnego i osobnego święta Chrystusa Króla. I w rzeczy samej, celem pouczenia ludzi o prawdach wiary i podniesienia go przez to do rozkoszy życia wewnętrznego, daleko skuteczniejsze są doroczne świętych tajemnic uroczystości, niż najpoważniejsze chodźby nauczającego Kościoła świadectwa, te bowiem, po większej części, tylko do niewielkiej liczby mężów uczonych docierają, tamte zaś uderzają i pouczają wszystkich wiernych; pierwsze raz tylko jeden, drugie rok rocznie

³²⁾ I Do Kor., VII, 23.

³³⁾ Encyklika, *Annum sanctum* z dn. 25 maja 1899.

afficiunt. Sane, cum homo animo et corpore constet, debet is exterioribus dierum festorum sollemnibus ita commoveri atque excitari, ut divinas doctrinas per sacrorum varietatem pulcritudinemque rituum copiosius imbibat, et, in sucum ad sanguinem conversas, sibi ac proficiendum in spirituali vita servire iubeat.

Est, ceteroqui, litterarum monumentis proditum, celebritates eiusmodi, decursu saeculorum, tum, aliam ex alia, inductas esse, cum id christianae plebis necessitas utilitasve postulare visa est: nempe cum debuit populus aut in communi roborari discrimine aut ab seprentibus haeresum erroribus muniri aut ad recolendum maiore cum studio pietatis aliquod fidei mysterium beneficiumve divinae bonitatis permoveri acrius atque incendi. Itaque, inde a prioribus reparatae salutis aetatibus, cum christiani acerbissime vexarentur, coepti sunt sacris ritibus Martyres commemorari, ut *sollemnitates martyrum* — teste Augustino—*exhortationes* essent *martyriorum*³⁴); qui autem sanctis Confessoribus, Virginibus ac Viduis delati postea sunt liturgici honores, ad exacuenda in christifidelibus virtutum studia, vel quietis temporibus necessaria, mirifice ii valuerunt. At potissimum quae in Beatissimae Virginis honorem institutae sunt festorum celebritates, effecere illae quidem, ut populus christianus non modo Dei Genitricem, praesentissimamque Patronam, religiosius coleret, sed etiam Matrem sibi a Redemptore quasi testamento relictam amaret ardentius. In beneficiis vero a publico legitimoque Deiparae et sanctorum caelitem cultu profectis non postremo illud loco numerandum, quod haeresum errorumque luem Ecclesia a se nullo non tempore depulit invicta. Atque hoc in genere Dei providentissimi consilium admitemur, qui, cum ex ipso malo bonum elicere soleat, passus identidem est aut fidem pietatemque popularium remittere aut falsas doctrinas veritati catholicae insidiari, eo tamen exitu, ut haec novo quodam splendore colluceret, illa autem e veterno experrecta ad maiora ac sanctiora contenderet. Nec dissimilem profecto duxere ortum nec fructus peperere dissimiles quae in annum liturgiae cursum recepta sunt, minus remotis aetatibus, sollemnia: ut, cum Augusti Sacramenti reverentiae et cultus deferbuisset, institutum Corporis Christi festum, ita peragendum, ut magnificus pomparum apparatus et supplicationes in octo dies productae populos ad Dominum publice adorandum revocarent; ut Sacratissimi Cordis Iesu celebritas tum inducta, cum, lansenistarum tristitia ac morosa severitate debilitati atque abiecti, animi hominum frigerent penitus et a Dei caritate fiduciaque salutis absterrentur.

Iam si Christum Regem ab universitate catholici nominis coli iusserimus, eo ipso et horum temporum necessitati prospecturi et pesti, quae societatem hominum infecit, praecipuum quoddam remedium adhibitori sumus, Pestem dicimus aetatis nostrae laicismum, quem vocant eiusdemque

³⁴) Sermo 47, *De Sanctis*.

i na wieki, że się tak wyrazimy, do ludzi przemawiają; pierwsze przede wszystkim na umysł zbawienny wywierają wpływ, drugie na umysł i na serce, a więc na całego człowieka. A ponieważ człowiek z duszy się składa i ciała, dlatego też jasną rzeczą jest, że pociągać i porwać się daje przez zewnętrzne świąt uroczystości, a przez różnorodność i świetność obrzędów świętych tem mocniej się bożemi przejmują prawdami, które, wchłaniając w siebie, dla życia wewnętrznego obficie czerpić korzyści.

Zresztą stwierdzają to świadectwa historyczne, iż uroczystości te, jedna po drugiej były zaprowadzane, gdy potrzeby lub korzyści ludu chrześcijańskiego domagać ich się zdawały, a mianowicie, gdy lud ten umocnionym być miał przeciwko ogólnym niebezpieczeństwom, lub gdy miał być ochroniony przed zasadzkami błędów heretyckich, albo też zagrzany do obchodzenia z tem większem nabożeństwem jakiej tajemnicy wiary lub jakiego aktu dobroci Bożej. Stąd też, począwszy od pierwszych wieków ery chrześcijańskiej, naznaczonych najsroższymi prześladowacami, zaczęto w świętych obrzędach czcić pamięć Męczenników, i to wielu, aby uroczystości męczenników — jak mówi św. Augustyn — *pobudką były do męczeństwa*³⁴). Co się zaś tyczy czci liturgicznej, oddawanej później świętym Wyznawcom, Dziewicom i Wdowom, objawy te przyczyniły się w przedziwny sposób do ożywienia w sercach wiernych pragnienia cnót, koniecznych w spokojnych nawet czasach. Ale przede wszystkim uroczystości ku czci Najświętszej Panny ustanowione ten odniosły skutek, że pobudziły naród chrześcijański nietylko do żywszej czci ku Bożej Rodzicielce, a przemożnej Opiekunce, lecz także i do głębszej miłości względem Tej, która niejako testamentem Odkupiciela na Matkę nam przeznaczoną została. Pomiedzy dobrodziejstw, jakie z czci publicznej i prawowitej ku Bogarodzicy i Świętych Pańskich wypływają, nie na ostatnim miejscu położyć należy to, iż Kościół święty po wszystkie czasy zwycięsko oddalał od siebie zarazę błędów i herezji. Podziwiamy w tym porządku rzeczy mądrość Opatrzności Bożej, która, jak nawet ze zła dobre wprowadzać zwykła, tak też dopuszczała od czasu do czasu, aby wiara i pobożność wśród ludów malały, lub też, by fałszywe nauki podstępnie na katolickie nastawały prawdy, w tym wszelako celu, by potem prawda nowem zajaśniała blaskiem, wiara zaś i pobożność ludów, niejako ze snu powstawszy, do tem wyższych i świętszych dążyły rzeczy.

Podobny miały początek i podobne też wydały owoce uroczystości, które w mniej odległych czasach w zakres roku liturgicznego wcielone zostały. I tak, gdy cześć i poszanowanie dla Najświętszego Sakramentu straciły na dawnej żarliwości, ustanowione zostało święto Bożego Ciała, w ten sposób obchodzone, żeby wspaniałość i dostojność obrzędów oraz modlitwy przez ośm dni się ciągnące, przypomniały narodom, iż Panu nad pany publiczną cześć oddawać należy. Dalej ogłoszoną została uroczystość Najświętszego Serca Jezusowego, właśnie w epoce, gdy dusze przygnębione smutkiem jansenizmu oraz posepną ich surowością wyziębione, od miłości Bożej i nadziei zbawienia z trwogą się odwracały.

Nakazując przeto całemu światu katolickiemu czcić Chrystusa Króla, pragniemy przez to zaradzić potrzebom czasów obecnych, i przeciwstawić najskuteczniejsze lekarstwo zarazie, która społeczeństwo ludzkie zatrzuwa.

³⁴) Kazanie 47, *O świętych*.

